



**H**ermannus Gandavi apud Belgas natus est, Anno circiter 1491. Is cū felici ingenio esset insignis, in uarijs Academijs operā literis dedit, & præclaram eruditionem sibi acquisiuit. Itaq; Erasmus eum plurimū dilexit, & ob animi uirtutes eū cunctis commendauit. Nam de eo ad Nicolaum Euerardum Hollādiæ præsidem lib. 17 Epistolarum 1521 Louanij sic scriptum reliquit: His diebus nos inuisit Hermannus Lethmannus patria Gandauus, qui ni fallor, Dorpius aut æquabit, aut uincet etiā, nisi quod Dorpius assiduo studio seipsum quotidie uincit. Hermānus quum anteaquam studiū Theologicū ingrederetur, feliciter esset auspicatus Græ-

carum ac bonarum (ut uocāt) literarum notitiam: ita se gessit in hoc cursu Saronicæ Theologiæ, ut omnium pūctis primas meruerit, idq; in ea schola, quæ sine controuersia in hoc studiorum genere semper primas tenuit. Neq; uero